



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVI. Mixtum. Mixtio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

cap. allegant 12. 26. quest. 7. Welsenbec. 1. conf. 19. n. 23. Est enim ea plenitudo & perfecta forma virtutum, cap. in singulis 19. dist. 86. siquidem cum peccatore miserabiliter agendum est, cap. significavit 3. extr. de panis. & remissi. adeo ut ea etiam capto hosti, nisi major timeatur turbatio, debeatur. cap. noli 23. quest. 1. Unde Christum denegare videtur, qui misericordiam patientibus necessitatem denegat. cap. Omnis 36. 7. quest. 1. cap. serpens 48. de panis. distinet. 1. cum similib. per Tiraquell. de panis. in princip. & Speculat. de sentent. §. 6. Ubi misericordia dignos censet, qui alieno vitio & culpa laborant, vid. eundem Speculat. tit. de offic. ord. §. 3. in fin. & de dispensat. §. fin. num. 15. ubi multis iuribus judicalem auctoritatem informat, ut misericordiam potius quam rigorem in poenis sequatur, quia vera iustitia compassionem habet, cap. vera 15. distinet. 45. & disciplina destituitur, si sine misericordia teneatur, cap. disciplina 9. dist. 45. est etiam censura talionis consideratione digna, quae extat Jacob. 2. vers. 13. ubi damnatio absque misericordia erit ei, qui misericordiam non praestiterit, & gloriabitur misericordia adversus damnationem. Magistratum ergo circa subditos oportet esse patientem, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur, l. 9. §. 2. de offic. proconsul.

II.

Misericordiam & pietatem non debet quis exercere in alterius detrimentum, l. & eleganter 7. ff. de dol. neque eam intempestive exercere, l. si hominem 7. ff. de pos. Misericordia enim crudelis dicitur, parcere uni in discrimen multorum, cap. ult. distinet. 45. neque etiam misericors est, qui parci vitiis nutriendis, ne conturbet delinquentes, cap. qui est. 33. quest. 4. adeo ut nec in mala causa pauperi misereri debeamus, cap. ne amisso. 34. caus. 23. q. 4.

III.

Ex affectu publico convenit eorum necessitatibus subvenire, qui in fatales miseriae ceciderint, Nov. Valentian. apud Jacobi. Cujac. 16. obs. 22. Nec enim non eos oportet studiis favorabilibus adjuvari, quibus hoc solum remanet, quod sibi non potuit vindicare captivitas, idem ibid.

CAP. XLV.
Mitius est.

Axioma I.

Mitius cum illis agendum, qui non voluntate, sed eventu peccant, cap. ult. extr. de his qui fil. occid. sicuti etiam mitius est agendum cum sponte confessis, quam cum convictis, c. ult. extr. de furt.

II.

Mitius agitur cum aliquo, favore religionis, cap. ex literarum 2. extr. de cond. appof. licet quoad poenam mitior imponatur poena Laicis quam Clericis, d. cap. literarum 2. extr. de cond. appof. imò & cum Regibus & Principibus mitius agi debere, quam cum aliis, text. est in c. non est 11. extr. de sponsalibus.

III.

Mitius agit Canon quam Lex. c. perrenit 2.

extr. de adulter. mitius tamen agere cum ignorante jus positivum quam naturale, text. est in c. cum illorum 32. extr. de sentent. Excomm.

CAP. XLVI.
Mixtum. Mixtio.

Axioma I.

Mixta causa magis sequitur naturam spirituales quam civilis, cap. quanto 3. de judic.

II.

Licetum non est merces corruptas cum incorruptis miscere aut vendere, ut vinum cum alio liquamine. Perez. C. de suarii n. 10.

Limita (1.) Fiscus potest vetus corruptum, frumentum cum novo miscere militibus vel plebi distribuendum. Qui casus liberalitatis tamen non est extendendus ad casus necessitatis, in quos cadit obligatio; gratuita enim praestatio removel omnem fraudis suspicionem. Ad emendum itaque huiusmodi corruptum vel mixtum frumentum Fisci curatores neminem, cogere possunt. (2.) Licet tam modicum miscere, ut humano corpori non noceat, quò casu tamen tantum pretii, quantum pro penitus incorrupto sumere non licet. Potest itaque mercator tritico puro iterum miscere glèbulas & paleas, quibus ante erat mixtum, ut solet ex area colligi, miscere, modò triticum non deterioraretur, cum & aliis liceat triticum non purgatum vendere. Perez. C. de condit. in publ. horreis n. 5. 9. Brunnem. ad l. 1. C. cod. n. 2.

III.

Non licet diversos colores miscere & tunicas diversis coloribus tingere l. 3. C. de vestib. hol. sicut & Levit. 19. vers. 19. agrum duobus seminum generibus conferere seque vestimento variarum rerum regere prohibitum. Brunnem. ad l. 3. C. d. t.

IV.

MIXTUM an comprehendatur sub simplici, difficilis est materia, qui brocardicam appellant Rom. in l. 2. num. 10. ff. de verb. obligat. & Jas. in §. omnium. n. 28. Instit. de actionib. [atque theses de hoc nimis periculosas esse, utpote generales & nullis legibus confirmatas, indeque rectius esse, ut ex suis quæque locis definiantur & explicentur, ait Gifan. ad l. 2. de V. O. num. 2.] Ideo cum certa regula constitui non possit, ponam primo loco omnes casus, in quibus sub simplici mixtum continetur, & in quibus dispositio loquens de mixto, procedit etiam in simplici; deinde subijciam alios casus, in quibus mixtum sub simplici non continetur.

Mixtum continetur sub simplici, quando ex communi usu loquendi illud mixtum reputaretur tanquam unum simplex, & isto casu dispositio loquens de simplici, habet locum etiam in mixto, l. librorum 52. §. quod tamen 4. ff. de legat. 3. l. vel universorum

versorum 12. ff. de pignorat. act. l. si quis vinum 9. ff. de vino, tritico, & oleo leg. Bologn. in repet. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. n. 62. & 66. vers. secundo limitatur. & n. 75. vers. secundo fallit.

Secundò continetur etiam quando qualitates in mixto concurrentes sunt inter se compatibles, l. servis urbanis 99. §. fin. ff. de legat. 3. l. Titia textores 36. ff. de legat. 1. Bolognet. d. l. 2. in princ. numer. 54. Secus si in mixto concurrunt qualitates incompatibiles, & contrariae, quia tunc mixtum non continetur sub simplici, ut in l. 1. §. interdictorum 1. ff. de interdict. & in l. in tribus 13. ff. de iudic. & in d. l. servis urbanis 99. §. fin. & in d. l. Titia textores 36. §. 1. ff. de legat. 1. & in §. quaedam 20. Instit. de action. Bolognet. d. l. 2. in pr. num. 46. & num. 54. vers. sed si eveniat, & n. 65.

Tertio continetur quando mixti qualitates sunt separabiles, in d. l. 2. resolvunt Angel. num. 1. vers. tu autem. Aretin. post. num. 2. vers. aliquando. Alex. num. 2. vers. unde. Roman. num. 10. & num. 16. Cuman. num. 4. Bolognet. num. 45. & 186. Alciat. in repet. num. 15. cum seq. & num. 23. Polyd. Ripa in tract. de nocturno tempore, cap. 4. num. 8. & 9. Secus verò si qualitates in mixto concurrentes sunt inseparabiles; tunc enim dispositio loquens de simplici, non habet locum in mixto continente inseparabiles qualitates, ut in l. vim passam 39. §. prescript. 5. ff. de adulter. & in l. si adulterium cum incestu 38. ff. eod. titul. Bolognet. in d. l. 2. in princ. num. 47. & 186. Alciat. in repet. sub numer. 23. Cardinalis Tusch. pract. concl. tom. 5. lit. M. conclus. 244. num. 32. ubi quod quando materia est individua, mixtum non continetur sub simplici, etiam quod dispositio loquatur de pluribus simplicibus. Polyd. Ripa d. cap. 4. n. 14. ubi ampliat etiam in odiosis.

Quartò continetur si concurrat mens, & intentio verisimilis disponentis, ut per Bologn. in d. l. 2. in princ. num. 55. ad fin. vers. fallit ubicunque. & num. 58. vers. ubicunque. Alciat. in repet. post. num. 23. Galiaul. post. num. 20. Card. Tusch. d. lit. M. concl. 294. num. 48. Polydor. Ripa d. c. 4. n. 12. vers. aut constat. & num. 120.

Quintò continetur ubi in simplici & mixto adest eadem ratio, & multo magis si in mixto viget major ratio, quam in simplici, tunc enim dispositio loquens de simplici, habet locum etiam in mixto, Bologn. in d. l. 2. in princ. num. 55. vers. & ideo in istis mixtis, & num. 57. vers. sicut è contrario, & num. 62. vers. tertio fallit, & num. 67. vers. tertio limitatur, & num. 72.

cum seqq. Alciat. in repet. sub num. 10. Surd. cons. 33. num. 29. ubi ampliat etiam in poenalis & odiosis, & cons. 315. num. 58. Cardin. Tusch. d. conclus. 294. num. 34. Polyd. Ripa d. c. 4. n. 13. Rot. decis. 385. n. 4. apud Farin. p. 2. recent.

Sextò continetur in gratia, & beneficio principis, ac proinde concessa per Papam legato facultate legitimandi spurios & incestuosos, censetur etiam data potestas legitimandi spurios & incestuosos simul, ex quo talis legitimandi facultas reputatur favorabilis, cum agatur de beneficiis Principum, & sic late interpretandis, ita Bart. in d. l. 2. in princ. num. 2. Angel. num. 2. vers. & ideo Imol. num. 2. cum seqq. Alex. num. 3. Roman. num. 62. Cuman. num. 2. vers. secundum. Alciat. in repet. num. 41. cum seqq. Galiaul. num. 6. cum seqq. Jason. in §. omnium n. 31. Instit. de action. Mandos. in reg. 10. Cancel. quest. 3. num. 10. & saltem procedere, quando legitimatio non tendit in alicujus prajudicium, agnoscunt Cephal. cons. 117. num. 37. lib. 1. Olasch. Pedem. decis. 119. num. 1. cum seqq. Polyd. Ripa d. c. 4. num. 90. cum seqq. Rot. d. decis. 385. num. 4. p. 2. recent.

Septimò continetur quando alias sequeretur Jurium contrarietas, ita Bart. in d. l. 2. num. 2. vers. cum ergo. Cuman. etiam num. 2. vers. & hoc verum. Jaf. num. 5. in fine. Card. Tusch. d. conclus. 294. num. 33. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 42.

Octavo continetur quando lex hoc exprimeret, Bart. in d. l. 2. num. 2. vers. item. Cuman. etiam num. 2. vers. item comprehendit. Jaf. n. 5. Polyd. Ripa d. c. 4. n. 3. & 6.

Nono continetur quando eadem dispositio exprimit illa simplicia, ex quibus mixtum est compositum, non ex proprietate sermonis, sed ex benignitate, Bologn. in d. l. 2. in princ. num. 56. in fine. Galiaul. in repet. num. 11. & 21. vers. puto. Angel. cons. 348. n. 2. vers. licet secus. Card. Tusch. d. concl. 244. num. 35. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 9. in fine.

Mixtum non comprehenditur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici, locum habet in mixto in odiosis, seu alias in materia strictè interpretanda, Aym. cons. 276. col. fin. vers. jam causa collectarum. Cephal. cons. 26. num. 24. cum seqq. lib. 1. Tiraq. de legib. connub. gloss. 5. n. 71. Hercul. in tract. de cautione de non offendendo, cap. 17. num. 2. Mandos. ad reg. 11. Cancel. quest. 3. n. 6. & reg. 11. quest. 16. n. 2. & reg. 32. quest. 30. num. 8. vers. amplius conditio. Surd. cons. 430. n. 14. Item quando eadem dispositio est poenalis. [dict. l. vim passam 39. §. prescri-

prescriptiones. & l. mariti 29. §. hoc quinquennium 6. ff. de adult. Farin. 1. conf. trim. 54. num. 6.] Bertazol. conf. 126. num. 13. in fine. Card. Tusch. d. lit. M. concl. 294. num. 2. & 45. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 9. & 109. cum seqq. [nisi odium poenae instiget ad finem animæ, ut not. Anton. de Butr. in cap. omnes utriusque sexus per illum text. col. 3. vers. 2. quarent de poenitent. quem approbat & sequitur Felin. in cap. fin. in 1. col. de simon. citatus à Ludov. Gomez ad §. omnium Instit. de action. num. 25.] seu materia exorbitans, aut correctoria. Tiraq. d. gloss. 5. num. 71. Mandos. reg. 33. quest. 7. num. 3. vers. quinto, & ultimo. & reg. 11. quest. 16. num. 2. & reg. 22. quest. 30. num. 8. vers. amplius conditio. Card. Tusch. d. concl. 244. n. 26. Polyd. Ripa d. c. 4. n. 48. & num. 126. Et in respicientibus præjudicium tertii. Ruin. conf. 107. numer. 20. lib. 1. Cravett. conf. 491. num. 3. Hier. Gabr. conf. 197. num. 6. lib. 1. Surd. decis. 174. numer. 16. Polyd. Ripa d. c. 4. n. 127.

Mixtum non continetur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici, habet locum in mixto in contractibus, ita Roman. in d. l. 2. in princ. num. 57. vers. sequitur quinto. Octav. Glorit. d. concl. 244. n. 12. Polyd. Ripa d. cap. 4. n. 32. & 33. ubi subdit, quod hoc fallit favore libertatis. Sic etiam statuta loquentia de simplici, non habent locum in mixto, [ut ait Bald. in l. omnes populi, col. 10. ff. de iust. & iur. per text. in l. quid ergo 13. §. 1. vers. ex sententia ff. de his qui not. infam. junct. l. 1. §. is qui 19. ff. de exerc. act. adde Joh. Crotum de Monteferrat in repet. l. Gallus. §. quid si tantum, in 22. col. vers. 8. conclusio. Carol. Ruin. ad rubr. de acquir. poss. col. fin. Papiens. in repet. rubr. de caus. possess. & propr. col. 6. num. 26.] quia in statutis facienda est stricta interpretatio. Bolognet. in repet. d. l. 2. in princ. num. 69. & 70. ubi Alex. n. 7. Tiraq. d. gloss. 5. num. 70. Card. Tusch. d. concl. 294. num. 16. cum seqq. Surd. decis. 174. num. 14. vers. & statutum. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 45. cum seqq. & num. 53. cum seqq. ubi ampliat, siue statutum loquatur de personis, siue de actibus, siue de artificio. Et quod in legatis mixtum non contineatur sub simplici, eo quod in illis sit strictè interpretatio, tradunt Roman. in d. l. 2. in princ. n. 10. vers. in legatis vero. & ibi Jason. col. 3. vers. unde ille text. Aiciat. in repet. num. 19. Polyd. Ripa d. c. 4. num. 29. [Imò nec in dubio mixtum sub simplicibus comprehendi, respondet Bart. in l. 2. in pr. ff. de

V. O. ratio, quia in dubio à proprietate verborum non sit recedendum, l. 1. §. is qui navem 19. de exerc. act. l. 1. ff. de fonte. ex proprietate autem sermonis mixtum, sub simplicibus non contineatur. d. l. quid ergo 13. §. quod ait Prator 1. ff. de his qui not. infam. l. si ita scriptum 13. de lib. & posthum. Lud. Gom. ad §. sequens. n. 4. Inst. de act.

V.

MIXTUM omne sequitur naturam sui simplicis magis digni, l. queritur 10. ff. de stat. hom. l. cum aurum 10. §. fin. ff. de auro & arg. leg. l. quicquid 27. §. cum partes 2. ff. de acquirend. rerum domin. Ludov. Gomez. in cap. 1. num. 47. in fine, de rescript. in 6. Covar. pract. cap. 36. num. 5. Mandos. ad regul. 1. Cancell. quest. 10. num. 2. Menoch. conf. 661. num. 25. cum seqq. Melchior. Phœb. decis. 214. num. 3. tom. 2. [Casus enim mixtus à suo potentiori nomen assumit, d. l. queritur. 10. l. repetundarum 15. §. 8. de testib. Gail. l. 1. observat. 38. num. 7. Zaf. in §. quedam instit. de act. numer. 4. Brunnem. Conf. 67. n. 3. 6. 8. & Conf. 162. n. 749. quorum argumento respondit Signorol. conf. 48. col. ult. vers. præterea. hereditatis petitionem realem actionem dici sumpto nomine à re ut à potentiori: sic etiam idem Signorol. conf. 119. num. 19. consuluit bannitum relegati nomen assumere, ut potentius quam deportati: sic res temporalis Ecclesiasticæ juncta Ecclesiastica, ut nomen à potentiori retinens judicatur, quemadmodum respondet Cravett. conf. 271. col. pen. cui add. & Dec. in l. rogasti. §. sit tibi, numer. 6. ff. si cert. pet. Aiciat. in l. 2. in princ. numer. 42. de V. O. Menoch. 4. recup. poss. num. 32.

CAP. XLVII. De Mobilibus.

Axioma I.

Immobilia in quibusdam potiora sunt mobilibus, e.g. mobilia possidentes non censentur idonei & à cautione immunes l. 15. qui satisd. cog. alias magis expedit habere bona mobilia, quia illa portari quocunque possunt. Nov. 4. cap. 3. §. rerum. Perez. C. de debitor. Civit. n. 10.

II.

Mobilia pretiosa æquiparantur immobilibus, Carpz. L. 6. Resp. 118. n. 23. P. 2. Dec. 145. n. 27. p. 3. Dec. 284. num. 5. Process. Tit. 9. art. 5. num. 129.

III.

Mobilia personæ defuncti tenacissimè adherent, & de eo loco esse censentur, ubi defunctus domicilium habuit. Brunnem. conf. 119. n. 12. Med. P. 2. Dec. 100.

CAP: